



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 32. De Primatu Pontificis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A.C. 1439.

§. XXXII.

*De Primatu Papæ.*

*Pars II.  
Cont. Flor.  
tom. 13. pag.  
1136. & seq.*

Verum articulus de primatu Pontificis pertinaciori longe contentione agitur. Imperator quidem haud diffidulter consensit, ut summus Pontifex generatim agnosceretur, non vero speciatim in tantum, ut appellationes a definitionibus, atque sententiis aliarum Patriarchalium Sedium ad eum fierent, aut liber eidem facultas esset celebrandi Synodis Oecumenicas absque Imperatore, & Patriarchis, quorum privilegia in omnibus salva esse petebat. Hac ex causa Imperator die septima mensis Junii Græcos Prælatos congregari voluit, qui tamen unanimi voce concordiam propterea nullatenus retardandam censuerunt, ac proxima die Dominica Romani Pontificis privilegia examinantes, illa omnino admittenda edixerunt; exceperunt tamen duo mox relata, nimirum, *Ne Pontifex convocet Synodum Oecumenicam sine Imperatore, ac Patriarchis, & quod si quis a Patriarcharum sententia appellaverit, Papa integrum non sit, causam istam ad Romanam Curiam evocare, sed mittat in Provinciam inquisitores, & ibi per eos in partibus injuriam passi jus suum obtineant.* Verum cum summus Pontifex utrumque jus suum sibi

saecul. XV.  
A. C. 1439.

sibi salvum peteret, parum abfuit, quin Imperatore discessum meditante, desperatum propemodum fuisset unionis negotium. Nihilominus paucis ex post diebus Græcorum Prælati circa hunc quoque articulum de Pontificis auctoritate in hanc convenere sententiam: *De primatu Papæ; fatemur ipsum summum Pontificem, & procuratorem, locum gerentem, & Vicarium Christi, pastorem, & Doctorem omnium Christianorum, regentem & gubernantem Dei Ecclesiam, salvis privilegiis & juribus Patriarcharum Orientis, & Constantinopolitanum quidem secundum esse post Papam; deinde Alexandrinum, post hunc esse Antiochenum; postremo Hierosolymitanum.*

§. XXXIII.

*Græcorum consensus in omnes hosce articulos.*

Igitur cum Papa Eugenius & Cardinales huic Græcorum declarationi acquiescerent, communi omnium voce sancitum est, ut postera dies decreto unionis conscribendo consecraretur.

§. XXXIV.

*Altercatio de modo conficiendi Decretum.*

Verum adhuc alii difficultatum scopuli erant superandi. Primo quippe his move-

Pontificis  
ne agita  
ud diffi  
tifex ge  
pecciam  
finitio  
triarcha  
ut libera  
Synodis  
, & Pe  
omnibus  
ultra lo  
Græcor  
tamen  
rea m  
, ac p  
Pontificis  
mino ab  
tamen  
Pontificis  
ne Imp  
ais a Pa  
t, Papa  
Romæ  
Provin  
partibus  
Verum  
us suum  
sibi

1439  
1439  
1439  
1439  
1439